



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Qvàm sit magna Christianæ Fidei, in Apostolorum Symbolo comprehensæ,  
vis & efficacia: ac quàm necessarius vsus. Cap. i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

CHRISTIANAE EX APOSTOLORUM Symbolo, & Dominica Oratione: præcipuis etiam Sacramentis. Et, quid ad Satanæ Obiectiones, ægroto, cum aliàs, tum maximè in mortis discrimine, respondendum.

Quàm sit magna Christianæ Fidei in Apostolorum Symbolo summatim comprehensæ, vis & efficacia: ac quàm necessarius vsus.

## CAP. I.



**Q**VIA credibile est, veterem humani generis inimicū diabolū, in illa mortis necessitate, hoc ante omnia conari, ut Fidem ægroti, quam ille in Deum habet, sine qua impossibile est placere Deo, labefactare queat: ideo sæpè ob

Hebr. 11.

oculos ponendi sunt Fidei Christianæ articuli. Nam perquam vberem Consolationem in hoc Fidei Symbolo comprehensam habemus: ut rectè à veteribus SYMBOLVM FIDEI & SPEI vocatum sit: quod ab Apostolis traditum non scribitur in charta & atramento: sed in tabulis cordis carnalibus.

Hieron. ad Pammach. aduersus errores Ioan. Episc. Hieros.

1. Pet. 5.

Nec est expeditior defendendi sui, hostemque fugandi ratio, quàm que fide fit. Propter quod Apostolus Petrus scribit: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens



uolens circuit, quarens quem deuoret: cui resistite for-  
 mite fide. Et S. Iohannes, Hec est, inquit, victoria qua <sup>1. Ioan. 4.</sup>  
 vincit mundum, Fides nostra. Paulus Apostolus ad <sup>Ephes. 6.</sup>  
 eundem quoque modum dicit: Non est nobis colluctatio  
 aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes  
 et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum,  
 contra spiritualia nequitia in caelestibus. Propterea, in-  
 quit, accipite armaturam Dei: ut possitis resistere in die  
 malo, &c. In omnibus sumentes Scutum fidei, in quo  
 possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Hoc ni-  
 mirum est Scutū illud, quod Saul proiecit, in S. nar- <sup>1. Reg. 17.</sup>  
 ratur Historia: perinde quasi nō fuisset unctus oleo. Er-  
 go nos tanquam Reges & Athletas unctos fortiter re- <sup>Eph. 6.</sup>  
 sistere oportet aduersus insidias diaboli, & in omnibus  
 periculis stare, per omnem orationem & obsecrationem  
 orantes omni tempore in spiritu: dicentes cum Apostolis, <sup>Luc. 17.</sup>  
 Domine adauge nobis fidem. Et, ut ille orabat: Credo <sup>Mar. 9.</sup>  
 Domine: adiuua incredulitatem meam. Nunc ergo  
 videndum, qua cum recitatione verborum Symboli, si-  
 mul animo obuersari debent.

**ARTICVLORVM XII. FIDEI, AD  
 CONSTANTIAM IN CHRISTI FIDV-  
 CIA RETINENDAM & AUGENDAM, Explicatio.**

**ARTICVLVS I.**

Credo in Deum Patrem omnipotentem: Crea-  
 rem celi & terræ.

**D**ocet hic articulus DEVM esse, cuius Voluntate <sup>CAP. II.</sup>  
 facta sunt omnia: cuius Providentia conseruan- <sup>Pf. 3. 18. 103.</sup>  
 tur & gubernantur, cuiusque Nutu geruntur omnia: <sup>148.</sup>  
 in quo viuimus, mouemur & sumus: in cuius manu a- <sup>Rom. 1.</sup>  
 nimia omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis: ad

61114